



Certamen Philefianum

III edizione 2019

*Tema di versione nr. 1***La 'macchina' del mondo e le arti del quadrivio**

Sapientum concors sententia est per ista visibilia et magnitudinem, pulchritudinem atque ordinem rerum nos duci in stuporem artis et excellentiae divinae.

Est autem Deus arithmetica, geometria atque musica simul et astronomia usus in mundi creatione, quibus artibus etiam et nos utimur, dum proportiones rerum et elementorum atque motuum investigamus. Per arithmetica enim ipsa coadunavit; per geometria figuravit, ut ex hoc consequerentur firmitatem et stabilitatem atque mobilitatem secundum conditiones suas; per musica proportionavit taliter, ut non plus terrae sit in terra quam aquae in aqua et aëris in aëre et ignis in igne, ut nullum elementorum in aliud sit penitus resolubile. Ex quo evenit mundi machinam perire non posse; et licet pars unius in aliud resolvi possit, numquam tamen totus aër, qui est permixtus aquae, in aquam converti potest propter aërem circumstantem hoc impediens, ut elementorum semper sit permixtio. Unde egit Deus ut partes elementorum resolverentur mutuo.

Admirabili itaque ordine elementa constituta sunt per Deum, qui omnia in numero, pondere et mensura creavit. Numerus pertinet ad arithmetica, pondus ad musica, mensura ad geometria.

da NICOLA CUSANO, *De docta ignorantia*

Nicola Cusano (Bernkastel-Kues 1401-Todi 1464), fu il più celebre teologo del XV secolo; tedesco di origine e formatosi fra Heidelberg, Colonia e Padova, svolse poi in Italia la sua carriera ecclesiastica (divenne cardinale nel 1448) e intellettuale. Il trattato *De docta ignorantia* (1440), in tre libri in cui l'autore sviluppa il concetto di conoscenza per contrasto rispetto a ciò che non si conosce, è uno dei capisaldi del pensiero filosofico occidentale.